

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

23

1371, maggio, 4, Ind. IX, Matera

† In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo primo. Regnante... Iohanna, Dei gratia Ierusalem et Sicilie regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Folcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum eius anno vicesimo nono, dominante etiam ... Philippo, Dei gratia Constantinopolitano imperatore, Romanie despoto, Achaye et Tarenti principe, imperii et principatus eius anno septimo, mense maii, die quarto eiusdem none indictionis, Matere.

Nos Nicolaus Angeli de abbate Petro, annalis Matere iudex, Eustasius Angeli Paravisi, de eadem terra, publicus per totum regnum Sicilie reginali auctoritate notarius, notarius Angelus de notario Petro, iudex Andreas Angeli de sire Riccardo, abbas Franciscus de Blasio, iudex Eustasius Angeli de iudice Roberto, Perrus Morresius et Tutius de Montello Tutius de Montello, testes... de eadem terra... fatemur... quod... accersitis nobis ad monasterium ecclesie Sancte Lucie, de dicta terra Matere, ad requisitionem et preces nobis porrectas per Angelillum de Omnibono, de Neapoli, imperialem familiarem... ibique in nostri presentia constitutis sorore Clara ... abbatissa dicti monasterii ... idem Angelillus ostendit ... eidem ... abbatisse quasdam patentes imperiales licteras, magno sigillo pendenti ac anulo secreto interius in cera rubea sigillatas... tenoris... sequentis:

cf. n. 22

Quibus quidem licteris lectis ac per ipsam... abbatissam visis, auditis et intellectis, cupiens... ipsa ponere ad effectum et eo precipue quod proinde commodum et

utilitatem dicti sui monasterii tangebatur...incensuavit, concessit et locavit predictum territorium Castelli in imperialibus licteris contentum...prefato Angelillo de Omnibono... a predicto die in antea usque ad quinquennium numerando, pro unciis octo per annum ... non obstante locatione ... de territorio predicto Padano de Rubea, de Neapoli, cum hoc procedat de voluntate domini et eius mandato, quod mandatum non intendit ullo modo preterire... Pacto et conditione adieptis... quod ipso quinquennio perdurante quolibet anno... teneatur mictere vel deferre uncias octo et tarenos quindecim locationis ipsius, de mense maii... eidem domine abbatisse ... Quod si deficeret in premissis, incontinenti auctoritatem et potestatem habeat ipsa ... abbatissa territorium ipsum ... ad se reducere ... Que ... abbatissa ... dedit ... potestatem eidem Angelillo ... ab ea territorium ipsum habendi ... promictens quoque dicta ... abbatissa et obligans se per gaudiam et stipulationem solemnem ... sub pena ... unciarum auri viginti quinque, cuius pene medietas ... applicetur parti et reliqua pene medietas curie... archiepiscopi Acherontini ... Quod si contravenire presumpserit dictus Angelillo ... promisit ... prefate ... abbatisse ... solvere sibi ac suo monasterio pene nomine uncias auri duodecim et totidem curie reginali seu imperiali vel cuius intererit ... Unde ad futuram memoriam et predictarum ambarum partium cautelam factum est presens puplicum instrumentum conservandum et habendum per prefatum Angelillum ...

† Nicolaus Angeli abbatis Petri annalis Mater iudex

† Ego abbas Franciscus de Blasio predicta testor

† Angelus notarii Petri de Matera puplicus regia et
reginali auctoritate notarius prefata testatur

† Ego iudex Eustasius Angeli de iudice Roberto testor
qui supra

† Ego iudex Andreas sire Riccardi testor qui supra